bellis cementariis ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non obstantibus quo-
do nec modo quovis alio excudendo. Ibi uti praesentibus personaliter Recognoscentibus
Dominis Successoribus mediantibus.

Belchacki in rem Jaszowska Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus
Generosus Jacobus de Zielczyce Belchacki sanus mente et corpore existens à
Terrae Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expres-
sum recognovit; Quia ipse se ac suos Successores necnon super bonis suis ge-
neraliter omnibus summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribit
et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognoscentem
in rem et manus Generosae Felicianae Jaszowska Generosi olim Ubaldi Ja-
szowski Conjugis derelictae Viduae ratione certarum rerum et contentarum in eo-
dem Scripto manuali contentorum de actu et data ejus in Premyslia die
Septima Mensis Aprilis Anno currenti confectum, conscriptum datum manu
sua Recognoscentis propria subscriptum In omnibus et singulis ejusdem Scripti
manualis Contentis punctis, clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis ac
necalibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviola-
biliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam
in quavis minima parte tenere quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum
ipsum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborationis et Inscriptionem
praesentem Roborationis ad dictum scriptum manuale vicissim in toto refe-
rendo utque sub Vadio Quingentorum florenorum Polonicalium per eundem Reco-
gnoscentem vel eius posteros super eandem Generosam Felicianam Jaszow-
ska vel ipsius Successores ob non completionem praemissorum omnium et singu-
lorum Scripti ipsius manualis tam in toto quam in parte tenere quoties opus
fuerit

fuerit ad solvendum succumbendo, Pro quo quidem Vadio modo praemisso
ad solvendum Succulito ac pro re aliqua Principali excentenis Sexti
Cfati manualis non completa complenda Prout existens memoratus
Recognoscens Generosus Jacobus de Eledhanin Belchacki aut eius
Successores Ad Instantiam supra fatae Generosae Felicianae Jaszowska Vi-
duae Vel eius successum Ad Officium praesens Castren. Capitan. Premyslien-
se Ex hinc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante
semper in Primo Statutis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere
respondere Vadium praefactum luere Inscriptioni praesenti satis facere ac
omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq. ac suos successores ad ea-
dem omnia insentit et obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium
Vt et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper pe-
remptorios &c. Reliqua Concludantur iuxta Formam Cancellariae ad finem.

Feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio 1366

Sobolowski et Grzymalina mutuo Intercisam Roborant et Statuet

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premy-
slien. Generosi Joannes Sobolowski suo et Generosae Zofiae de Krzyze Consortis
suae nomine ab Vna et Barbara de Sienno olim Generosi Alexandri Grzymala Con-
sors derelicta Vidua parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a
Terris Distinctibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo praesenti Vero Castren. Capitan. Premyslien. Jurisdictioni quod ad actum
hunc assumet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum
recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse recognovit, Quam ipsi